

LATIN (PRINCIPAL)

9788/02

Paper 2 Prose Literature

May/June 2019

1 hour 30 minutes

Additional Materials: Answer Booklet/Paper

READ THESE INSTRUCTIONS FIRST

If you have been given an Answer Booklet, follow the instructions on the front cover of the Booklet.
Write your centre number, candidate number and name on all the work you hand in.
Write in dark blue or black pen.
Do not use staples, paper clips, glue or correction fluid.
DO NOT WRITE IN ANY BARCODES.

Section A

Answer **two** questions on your chosen prescribed text.

EITHER

Cicero, *Pro Caelio* 3–50

Answer Question 1 and **either** Question 2 **or** Question 3.

OR

Livy 39. 8–19, 42.5–44.9, 49–52

Answer Question 4 and **either** Question 5 **or** Question 6.

Section B

Answer **one** of the three questions set on your chosen prescribed text.

EITHER

Cicero, *Pro Caelio* 3–50

Answer **either** Question 7 **or** Question 8 **or** Question 9.

OR

Livy 39. 8–19, 42.5–44.9, 49–52

Answer **either** Question 10 **or** Question 11 **or** Question 12.

At the end of the examination, fasten all your work securely together.
The number of marks is given in brackets [] at the end of each question or part question.

This syllabus is regulated for use in England, Wales and Northern Ireland as a Cambridge International Level 3 Pre-U Certificate.

This document consists of **11** printed pages and **1** blank page.

Section A

Answer **two** questions on your chosen prescribed text.

EITHER

Cicero, *Pro Caelio* 3–50

Answer Question 1 and **either** Question 2 **or** Question 3.

OR

Livy 39. 8–19, 42.5–44.9, 49–52

Answer Question 4 and **either** Question 5 **or** Question 6.

Cicero, *Pro Caelio* 3–50

- 1 Translate the following passage into English. Write your translation on **alternate** lines.

tot igitur annos versatus in foro sine suspicione, sine infamia, studuit Catilinae iterum petenti. quem ergo ad finem putas custodiendam illam aetatem fuisse? nobis quidem olim annus erat unus ad cohibendum brachium toga constitutus et ut exercitatione ludoque campestri tunicati uteremur, eademque erat, si statim merere stipendia coeperamus, castrensis ratio ac militaris. qua in aetate nisi qui se ipse sua gravitate et castimonia et cum disciplina domestica tum etiam naturali quodam bono defenderet, quoquo modo a suis custoditus esset, tamen infamiam gravem effugere non poterat.

Cicero, *Pro Caelio* 11

[10]

EITHER

2 Read the following passage and answer the questions.

tu vero, mulier – iam enim ipse tecum nulla persona introducta loquor – si ea quae facis, quae dicis, quae insimulas, quae moliris, quae arguis, probare cogitas, rationem tantae familiaritatis, tantae consuetudinis, tantae coniunctionis reddas atque exponas necesse est. accusatores quidem libidines, amores, adulteria, Baias, actas, convivia, comissiones, cantus, symphonias, navigia iactant, idemque significant nihil se te invita dicere. quae tu quoniam mente nescio qua effrenata atque praecipiti in forum deferri iudiciumque voluisti, aut diluas oportet ac falsa esse doceas aut nihil neque crimini tuo neque testimonio credendum esse fateare. sin autem urbanius me agere mavis, sic agam tecum: removebo illum senem durum ac paene agrestem. ex his igitur tuis sumam aliquem ac potissimum minimum fratrem, qui est in isto genere urbanissimus, qui te amat plurimum, qui propter nescio quam, credo, timiditatem et nocturnos quosdam inanes metus tecum semper pusio cum maiore sorore cubitavit. eum putato tecum loqui: ‘quid tumultuaris, soror? quid insanis?’

quid clamorem exorsa verbis parvam rem magnam facis?

vicinum adolescentulum aspexisti; candor huius te et proceritas, vultus oculique pepulerunt; saepius videre voluisti; fuisti nonnumquam in isdem hortis. vis nobilis mulier illum filium familias patre parco ac tenaci habere tuis copiis devinctum. non potes: calcitrat, respuit, repellit, non putat tua dona esse tanti. confer te alio. habes hortos ad Tiberim quos curiose ac diligenter eo loco parasti quo omnis iuventus natandi causa venit. hinc licet condiciones cotidie legas. cur huic qui te spernit molesta es?’

Cicero, *Pro Caelio* 35–36

(a) Lines 1–8 (*tu vero . . . fateare*): discuss the tone of these lines. [10]

(b) Lines 8–20 (*sin autem . . . molesta es*): in what ways are these lines entertaining? [15]

[Total: 25]

OR

3 Read the following passage and answer the questions.

quam ob rem si quem forte inveneritis qui aspernetur oculis pulchritudinem rerum, non odore ullo, non tactu, non sapore capiat, excludat auribus omnem suavitatem, huic homini ego fortasse et pauci deos propitios, plerique autem iratos putabunt. ergo haec deserta via et inculta atque interclusa iam frondibus et virgultis relinquatur. detur aliquid aetati; sit adolescentia liberior; non omnia voluptatibus denegentur; non semper superet vera illa et directa ratio; vincat aliquando cupiditas voluptasque rationem, dummodo illa in hoc genere praescriptio moderatioque teneatur: parcat iuventus pudicitiae suae, ne spoliet alienam, ne effundat patrimonium, ne faenore trucidetur, ne incurrat in alterius domum atque familiam, ne probrum castis, labem integris, infamiam bonis inferat, ne quem vi terreat, ne intersit insidiis, scelere careat; postremo cum paruerit voluptatibus, dederit aliquid temporis ad ludum aetatis atque ad inanes hasce adolescentiae cupiditates, revocet se aliquando ad curam rei domesticae, rei forensis, rei publicae, ut ea quae ratione antea non despexerat, satietate abiecisse et experiendo contempsisse videatur. ac multi quidem et nostra et patrum maiorumque memoria, iudices, summi homines et clarissimi cives fuerunt quorum, cum adolescentiae cupiditates defervissent, eximiae virtutes firmata iam aetate exstiterunt. ex quibus neminem mihi libet nominare; vosmet vobiscum recordamini. nolo enim cuiusquam fortis atque illustris viri ne minimum quidem erratum cum maxima laude coniungere. quod si facere vellem, multi a me summi atque ornatissimi viri praedicarentur quorum partim nimia libertas in adolescentia, partim profusa luxuries, magnitudo aeris alieni, sumptus, libidines nominarentur, quae multis postea virtutibus oblecta adolescentiae qui vellet excusatione defenderet.

Cicero, *Pro Caelio* 42–43

- (a) Lines 1–14 (*quam . . . videatur*): how does Cicero make these lines powerful? [15]
- (b) Lines 14–21 (*ac multi . . . defenderet*): what is striking about Cicero’s argument in these lines? [10]

[Total: 25]

[Section A total: 35]

Livy 39. 8–19, 42.5–44.9, 49–52

- 4 Translate the following passage into English. Write your translation on **alternate** lines.

iudicabant enim prudentissimi viri omnis divini humanique iuris nihil aequae dissolvendae religionis esse quam ubi non patrio sed externo ritu sacrificaretur. haec vobis praedicenda ratus sum ne qua superstitio agitare animos vestros cum demolientes nos Bacchanalia discutientesque nefarios coetus cerneretis. omnia dis propitiis volentibusque faciemus, qui quia suum numen sceleribus libidinibusque contaminari indigne ferebant, ex occultis ea tenebris in lucem extraxerunt, nec patefieri ut impunita essent, sed ut vindicarentur et opprimerentur voluerunt. senatus quaestionem extra ordinem de ea re mihi collegaeque meo mandavit.

Livy 39. 16

[10]

EITHER

5 Read the following passage and answer the questions.

haec senatus decrevit. consules aedilibus curulibus imperarunt ut sacerdotes eius sacri omnes conquirerent, comprehensosque libero conclavi ad quaestionem servarent; aediles plebis viderent ne qua sacra in aperto fierent. triumviris capitalibus mandatum est ut vigiliis disponerent per urbem; servarent ne qui nocturni coetus fierent, utique ab incendiis caveretur; adiutores triumviris quinqueviri uls cis Tiberim suae quisque regionis aedificiis praeessent. ad haec officia dimissis magistratibus, consules in rostra escenderunt, et contione advocata, cum sollemne carmen precationis, quod praefari solent priusquam populum adloquantur magistratus, peregisset consul, ita coepit. 'nulli umquam contioni, Quirites, tam non solum apta sed etiam necessaria haec sollemnis deorum comprecatio fuit, quae vos admoneret hos esse deos quos colere, venerari precarique maiores vestri instituissent, non illos qui pravis et externis religionibus captas mentes velut furialibus stimulis ad omne scelus et ad omnem libidinem agerent. equidem nec quid taceam nec quatenus proloquar invenio. si aliquid ignorabitis, ne locum negligentiae dem, si omnia nudavero, ne nimium terroris offundam vobis vereor. quidquid dixerō, minus quam pro atrocitate et magnitudine rei dictum scitote esse; ut ad cavendum satis sit, dabitur opera a nobis. Bacchanalia tota iam pridem Italia et nunc per urbem etiam multis locis esse, non fama modo accepisse vos, sed crepitibus etiam ululatibusque nocturnis qui personant tota urbe, certum habeo, ceterum quae ea res sit ignorare; alios deorum aliquem cultum, alios concessum ludum et lasciviam credere esse, et quaecumque sit ad paucos pertinere.

Livy 39. 14–15

- (a) Lines 1–8 (*haec . . . coepit*): how does Livy engage and sustain our interest in these lines? [10]
- (b) Lines 8–20 (*nulli . . . pertinere*): how persuasive is the consul in these lines? [15]

[Total: 25]

OR

6 Read the following passage and answer the questions.

a primo conloquio Flaminini milites extemplo ad domum custodiendam Hannibalis missi sunt. semper talem exitum vitae suae Hannibal prospexerat animo, et Romanorum inexpiabile odium in se cernens et fidei regum nihil sane confisus. Prusiae vero levitatem etiam expertus erat; Flaminini quoque adventum sibi velut fatalem horruerat. ad omnia undique infesta ut iter semper aliquod praeparatum fugae haberet, septem exitus e domo fecerat, ex iis quosdam occultos ne custodia saepirentur. sed grave imperium regum nihil inexploratum quod vestigari volunt efficit. totius circuitum domus ita custodiis complexi sunt ut nemo inde elabi posset. Hannibal, postquam est nuntiatum milites regios in vestibulo esse, postico, quod devium maxime atque occultissimi exitus erat, fugere conatus, ut id quoque occursum militum obsaeptum sensit et omnia circa clausa custodiis dispositis esse, venenum, quod multo ante praeparatum ad tales habebat casus, poposcit. 'liberemus' inquit 'diuturna cura populum Romanum, quando mortem senis exspectare longum censent. nec magnam nec memorabilem ex inermi proditoque Flamininus victoriam feret. mores quidem populi Romani quantum mutaverint, vel hic dies argumento erit. horum patres Pyrrho regi, hosti armato, exercitum in Italia habenti, ut a veneno caveret praedixerunt; hi legatum consularem, qui auctor esset Prusiae per scelus occidendi hospitis, miserunt.' exsecratus deinde in caput regnumque Prusiae, et hospitales deos violatae ab eo fidei testes invocans, poculum exhausit. hic vitae exitus fuit Hannibalis.

Livy 39. 51

- (a) Lines 1–8 (*a primo . . . posset*): how does Livy create a tense atmosphere in these lines? [10]
- (b) Lines 8–19 (*Hannibal . . . Hannibalis*): discuss Livy's account of the death of Hannibal. [15]

[Total: 25]**[Section A total: 35]**

Section B

Answer **one** of the three questions set on your chosen prescribed text.

You should refer in your answer both to the text itself and, where relevant, to the wider historical, social, political and cultural context. Credit will be given for engagement with secondary literature, where appropriate.

EITHER

Cicero, *Pro Caelio* 3–50

Answer **either** Question 7 **or** Question 8 **or** Question 9.

OR

Livy 39. 8–19, 42.5–44.9, 49–52

Answer **either** Question 10 **or** Question 11 **or** Question 12.

Cicero, *Pro Caelio* 3–50

EITHER

7 Read the following passage and answer the question.

audistis cum pro se diceret, audistis antea cum accusaret – defendendi haec causa, non gloriandi eloquor – genus orationis, facultatem, copiam sententiarum atque verborum, quae vestra prudentia est, perspexistis. atque in eo non solum ingenium elucere eius videbatis, quod saepe, etiamsi industria non alitur, valet tamen ipsum suis viribus, sed in eo erat, nisi me propter benevolentiam forte fallebat, ratio et bonis artibus instituta et cura et vigiliis elaborata. atque scitote, iudices, eas cupiditates quae obiciuntur Caelio atque haec studia de quibus disputo non facile in eodem homine esse posse. fieri enim non potest ut animus libidini deditus, amore, desiderio, cupiditate, saepe nimia copia, inopia etiam nonnumquam impeditus, hoc, quicquid est quod nos facimus in dicendo, quoquo modo facimus non modo agendo, verum etiam cogitando, possit sustinere. 5 10

Cicero, *Pro Caelio* 45

Discuss the picture that emerges of Caelius from the *Pro Caelio*. Answer with reference both to the above passage and to the rest of the prescribed text. [25]

OR

8 How persuasive is the *Pro Caelio*? [25]

OR

9 Discuss the picture of Roman society that emerges from the *Pro Caelio*. [25]

Livy 39. 8–19, 42.5–44.9, 49–52**EITHER**

10 Read the following passage and answer the question.

Valerius Antias, ut qui nec orationem Catonis legisset et fabulae tantum sine auctore editae credidisset, aliud argumentum, simile tamen et libidine et crudelitate peragit. Placentiae famosam mulierem, cuius amore deperiret, in convivium accersitam scribit. ibi iactantem sese scorto inter cetera rettulisse quam acriter quaestiones exercuisset, et quam multos capitis damnatos in vinculis haberet quos securi percussurus esset. tum illam infra eum accubantem negasse umquam vidisse quemquam securi ferientem, et pervelle id videre. hic indulgentem amatorem unum ex damnatis attrahi iussum securi percussisse. facinus, sive eo modo quo censor obiecit, sive ut Valerius tradit, commissum est, saevum atque atrox: inter pocula atque epulas, ubi libare dis dapes, ubi bene precari mos esset, ad spectaculum scorti procacis in sinu consulis recubantis mactatam humanam victimam esse, et cruore mensam respersam!

Livy 39. 43

In what ways is this passage typical of Livy's history? Answer with reference both to the above passage and to the rest of the prescribed text. [25]

OR

11 Discuss the presentation of women in Livy 39. [25]

OR

12 'Too often Livy's aim seems to be merely to entertain.' Discuss. [25]

[Section B total: 25]

BLANK PAGE

Permission to reproduce items where third-party owned material protected by copyright is included has been sought and cleared where possible. Every reasonable effort has been made by the publisher (UCLES) to trace copyright holders, but if any items requiring clearance have unwittingly been included, the publisher will be pleased to make amends at the earliest possible opportunity.

To avoid the issue of disclosure of answer-related information to candidates, all copyright acknowledgements are reproduced online in the Cambridge Assessment International Education Copyright Acknowledgements Booklet. This is produced for each series of examinations and is freely available to download at www.cambridgeinternational.org after the live examination series.

Cambridge Assessment International Education is part of the Cambridge Assessment Group. Cambridge Assessment is the brand name of the University of Cambridge Local Examinations Syndicate (UCLES), which itself is a department of the University of Cambridge.